Mors ad
cum uariis

Interdum contingit iustis ut in morte sua sanctorum precedencium uisiones aspiciant ne ipsam mortis sue sentenciam penalem pertimescant, sed dum eorum menti ciuium internorum societas ostenditur, a carnis sue copula sine doloris et formidinis fatigacione soluantur. Aliquando in consolacione egredientis anime ipse apparere solet auctor et retributor uite.

Gregorius libro IIII. dyalogorum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

iustis] iustus V^1; morte] tu *add.* (*del. sub lin.*) B; ciuium] super *add.* (*del. sub lin.*) C; societas] societa (*cor. supra lin.*) M; egredientis *om.* C; auctor] actor M, author V^2 L^1 L^2